



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelæ Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 3. Bosphorani, partie de la Precopz ou de l'Isle de Caffa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

Num. 3. Bosphorani, quorum Regnum in Asiam peruvadit teste Strabone lib. 7. Partie de la Precopie, ou de l'Isle de Caffa.

EVRO-	THEODOSIA, Demostheni Θεοδοσία in campo fertili sita, & portu centum nauibus capiendis apto: certè hinc prodiit magnificentia Regis Leuconis in Athenies. In Itinerario Beniamini Armilon dici videtur, dubio procul est <i>Caffa</i> .
PÆI,	Panticapæum, antea Bosporus appellata Plinio, primum huius oræ emporium Barbaris, ait Strabo: hodie <i>Vespero</i> est Nigro.
Bo s-	Myrmecium oppidulum, Mirmycion Iornandi: <i>periit</i> . Parthenium ciuitas hodie <i>Rosiphar</i> .
PHO-	Zenonis Chersonesus, cuius meminit Plinius: <i>intercidit</i> .
RVM.	Frons Arietis Κέλε μέτωπον, apud Paulum Diaconum Actoma, cui opponitur Carambis promontorium Phlagoniæ, hodie <i>Famar</i> .
ASIA-	SINDICVS, multis Gorgipe; incolæ huius tractus Sindzi, Mela Syndones: vrbis ipsa Eustathio Zinchos, Plinio Zingos: ubi sita fuerit ignoratur.
TIC I,	Achillæum, dictum Ptolemæo apud os Maeotidis: <i>periit</i> .
seu	Phanagoria, in Insulâ Stephano, qui hic omnia miscet: hodie <i>Mutriga</i> dici videtur.
TRANS	Varadanus Fluuius, vel Vardanus Ptolemæi, Αχαρνός Straboni, hodie Mercatori est <i>Copa</i> , Lazio <i>Zugna</i> .
Bo s-	
PHO-	
RVM.	

§. 6. Riphaces, à Riphæis montibus: partie Septentrionale de Moschouie.

AGA-	Supra Arimaspos collocantur à Mela, à quo Sauromatæ Hamaxobitæ nominantur. Cæruleo capillo insignes facit Plinius: Pictos vocat Maro: à togis pictis innuit Rufus ex Dionysio; ut quisque apud eos præstat notis insignioribus pingitur, hæ ablui nequeunt, Mela.
THYR-	
SI	
Cargagol	
Volochda,	
&c.	